

# Bexta etas mundi

Thimotheus



**T**himotheus pauli apli discipulus ephesi ep̄s filius vidue fidelis. patre tñ gen-  
tili ab eo ordinat⁹. post multos p̄ christo agones martirio coronat⁹. Sunt  
tñ qui dicunt eum sub nerone passum. Cui duz torq̄ref duo angeli apparuere dicen-  
tes. Erige caput in celum ⁊ vide. qui vidit celos aptos ihesum coronam gematam te-  
nentem atq; dicentem sibi hac de manu mea accipies. Quod ut quidam noie appollinarj  
vidit se baptizari fecit. quia ppter preses ambos decollari iussit. Ad hunc paulus  
e laodicia duas scripsit epl̄as.

**A**gustus similiter pauli apli discipulus cretensiu ep̄s postq; predicationis offi-  
cium fidelissime exercuisset. beatu finem adept⁹ est. cui Paul⁹ ex nicopoli scripsit  
epl̄as. Crescens q; pauli discipulus q̄ supiorib⁹ dieb⁹ p galliam transitu facies mul-  
tos vbo pdicationis ad fide xp̄i couerterat: tandem qnto kal. Julij in pace deuit.

**D**ionysius ariopagita pbs clarissim⁹ in hac psecu-  
tione domitiana cu eleutherio presbytero ⁊ rustico  
diacono in parisiopassione meruit. q̄ cum a clemente ro. pontifice ex precepto beati  
Petri ad gallias predicationis gra direct⁹ fuisset. ⁊ opus dñi comissus ardentem  
egisset. a prefecto parisiopz vrbis noie festennio. vna cu socijs nonagenari⁹ prius  
colaphisat⁹ cosputus ac derisus ⁊ sup cratem ferream positus flammis nudus exten-  
sus ⁊ alia tormeta passus fuisset: tandem genib⁹ flexis capite percussus martiriu co-  
pleuit. deinde caput suu inter brachia portauit angelo duce ad locu vbi postea re-  
quieuit. Hic est ille dionysius qui athenis in passione dñi ihesu dixit. Aut de⁹ na-  
ture patre aut tota mundi machina destruet. Que postea paulus apls baptizatus  
diligenter instruxit. ⁊ atheniensiu ep̄m ordinauit: vbi maximam regionis parte xp̄ia-  
ne fidei subiugauit. Deinde in gallijs septio id⁹ octobris martirio coronat⁹ cu do-  
ctissim⁹ haberet multa preclara reliquit scripta. ⁊ cu ceteris aplis (vt i libro de di-  
uinis nominib⁹ ipsemet testat⁹ dormicioni dei genitricis interfuit) postea cum au-

Dionysius



Victorinus



disset aplos Petru ⁊ paulu a nerone rome detentos ad eos visendos venit. inde  
a clemente ep̄o ordinatus vt premissum est.

**V**ictorin⁹ scititate ⁊ miraculis clarus emiterne vrbis dignissim⁹ ep̄s. is exor-  
tate ad nerua principem tacq; christian⁹ adduct⁹ statim iussu ipsi⁹ capite deorsus  
inspedat⁹ in loco vbi putres ⁊ sulphuree aque emanabat. vbi cu p triduu id mar-  
tyrii genus p noie ihesu christi constantissime ptulisset. nonis septebris gloriose  
coronatus migravit ad christus. Sub nerua q; impatore eutices ⁊ marcus passi  
sunt. Aurelianus em sp̄sus domicille cu intelligeret ea plus diligere hos sc̄os  
ppter fidem ⁊ virtute eoz ⁊ nereum ⁊ achileu iam martyrio coronatos ex licentia  
impetrata a nerua quasi seruos p singula predia sua diuisit: vt terram quotidie  
foderent. Sed cum oibus graciosi essent ⁊ miracula facerent. Tandem ab aurelia-  
no diuersis penis occisi sunt. xvij. kal. Junij.

Iohannes ap̄lus ⁊ euangelista



**I**ohannes ap̄lus ⁊ euangelista iacobi maio-  
ris ex zebedeo frater. ⁊ matre maria salo-  
mie christi ihu predilectissim⁹. in miori etate  
ad discipulatu ascit⁹ est. huc viru sanctissimu  
vsq; ad traiani tpa puenisse ferunt. qui cu asia-  
nas erexisset ecclesias: nouissim⁹ oim scripsit  
euangelium. ⁊ ea q̄ a matheo marco ⁊ luca con-  
scripta fuerunt confirmavit: ferunt ⁊ ob ea rem a  
iohane postremo factu. quo ebionitaru do-  
gma surgens infringeret q̄ asserbat ⁊ impu-  
denter quide xp̄m ante maria non fuisse. eius  
em diuinam naturam Iohannes explicat. In pri-  
cipio erat verbus ⁊c. Scripsit ⁊ alia multa.  
tuz vero apocalypsim relegat⁹ a domitiano i  
pathmon insulam: quo postea interempto ⁊  
act⁹ ei⁹ ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis  
impante nerua ephesus redijt. ibiq; vsq; ad  
traianu principem p̄silio ⁊ scriptis ecclesias su-  
stentans: senio cofectus sexagesimo octauo p̄  
passione xp̄i anno in dño quieuit. Tu em no-  
nagita eet annoz dnica die a pmo pulloz ca-  
tu intras ecclesiam: ⁊ pplo pdicas demu foueam  
q̄dratam qua i ecclesia fieri iusserat intras: luce i  
mesa apparete vt videri non possz: q̄ recedete  
fouea plena mana scaturiete iueta e nec rep-  
tu e corp⁹ ei⁹. liber aut apocalyp̄ (vt diu⁹ bie-  
ro. scribit) tot bz sacra q̄t vba i qb⁹ latet snier: